Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



rat. & per speculationis altitudinem semetipsum quoq; inuisibilia appetendo transcendat. ne aut alta petens proximorum infirma despiciat. aut infirmis proximis congruens appetere alta derelinquat. Hinc enim namq; quod paulus in paradysum ducit celiq; tertii secreta rimatur. & tamen illam inuisibilium contemplationem suspensam adcubile carnalium mentis aciem reuocat. atq; in cultis suis qualiter debeant conuersari dispensat dicens. Propter fornicationes autem unusquisq; suam uxorem habeat. & una quoq; suum uirum habeat. Vxori uir debitum reddat. similiter & uxor uiro. Et paulo post. Nolite fraudare inuicem nisi forte ad tempus ut uacetis orationi. & iterum reuertimini in idipsum. Ecce iam celestibus secretis inseritur. & tamen per condescensionis uiscera carnalium cubile perscrutatur. & quem subleuatus ad inuisibilia erigit. hunc inseratus ad secreta infirmantium oculum cordis flectit. Celum contemplacione transcendit. nec tamen statum carnalium sollicitudine deserit. quia conpage carnalis summis simul & infimis iunctus. & in semetipso uirtute spe ad alta ualenter rapitur. & in alius pietate equanimiter infirmatur. Hinc enim dicit. Quis infirmatur & ego non infirmor. quis scandalizatur & ego non uror. Hinc rursus ait. Factus sum iudeis tamquam iudeus. quod

ad trino thoa

ad corinthios